hoc tenent ſimiliter Ange. Inceſtus. §. 3. & Sil. Luxuria. §. 4. ſed quòd toties, quoties, hoc deducitur à Caie. in opuſculis de Matrimonio Clandeſtino. Item probatur per præfatos Doctores. ſ. Vincentium, Ange. & Sil. q dicunt ſimpliciter quod quandò exigit inceſtuoſus debitum, peccat, quia eſt priuatus iure exigendi ſimpliciter, & exigendo facit contra ipſum canonem. Siue prima vice exigat, ſiue ſecũda, & cũ ius nõ diſtinguat, an prima vice exigat, an ſecunda, neq; nos debemus diſtinguere, ſecundum Panor. in cap. Cum olim de maio. & obe. Quis enim abſoluit eum à priuatione exigendi debitum ſibi a iure impoſita, quando prima vice debitum exigit, cũ ius dicat, quòd vt nunc dicetur, opus eſt diſpenſatione ad hoc quód poſsit exigere: nunquid ſuum peccatum quod commiſsit exigendo, ipſum abſoluit? Nunquid ſecunda vice non cõtrauenit Præcepto Eccleſiæ, ſicut prima, & ſic de aliis? Ideo tenetur cõfiteri quoties poſt inceſtum exegit debitum à ſua vxore. Neſcio vbi nonnulli inuenerunt diſtinctionem de prima vice, aut ſecunda, & de aliis ſequentibus, cum in nullo iure talis diſtinctio poſsit fundari. Fr. Ioannes Focher.

¶ Ad